

concedere instrumentum emptionis et securitatis ipsius possessionis creditori illius persone cuius fuerit dicta possessio, si per // creditorem petitum fuerit ipsum instrumentum; qui 231 A creditor vigore dicti instrumenti uti possit iuribus suis contra

5 denarios emptoris talis possessionis, fatiente ipso creditore bonam et ydoneam securitatem dicto emptori de restituendo sibi dictum instrumentum incontinenti si et quando fuerit sententiatum inter dictas partes. ¶ Si vero emptor negaret se

10 habere instrumentum predictum vel non emissem dictam possessionem ad extimariam, tunc eidem emptori dari debeat sacramentum per dominium Tergesti, si habet instrumentum petitum vel non, et si confitebitur se habere dictum instrumentum, tunc per dominium Tergesti sine strepitu iudicii precipiatur

15 tali emptori quod dictum instrumentum mutuare debeat petenti, habita primo securitate predicta, ut dictum est, de restitutione instrumenti. ¶ Et si dixerit se non habere dictum instrumentum, confitendo se emissem talem possessionem, tunc idem emptor denunciare debeat notarium qui stipulatus fuit dictum instrumentum, et dominium Tergesti sine strepitu iudicii precipere

20 debeat tali notario quod conficere debeat ipsum instrumentum ad petitionem ipsius creditoris petentis et eidem dare;¹⁾ et ipso instrumento confecto sive autentico, etiam precipere debeat vicedominis comunis vel altero ipsorum quod ipsum instrumentum vicedominare debeant, si alias esset vicedominatum in aliquo libro vicedominarie, et si non esset vicedominatum, tunc constringere // debeat talem emptorem ad faciendum instrumentum vicedominare, et ipsum concedi facere

25 eidem creditori per ipsum emptorem cum fuerit vicedominatum, facta securitate predicta de restitutione instrumenti. 231 B

¹⁾ dari.